



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

421. Ut nullus hospitium deneget interanti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De Presbytero qui fuerit degradatus. *Ex*
Concilio Toletano XII. cap. VI.

CCCCXX. Si quis Presbyter ab Episcopo suo fuerit degradatus, aut ab officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit, & postea ab Episcopo suo correptus in cæpta præsumptione perduraverit, hic omnimodis excommunicetur & ab Ecclesia expellatur. Et quicumque cum eo communicaverit scienter, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de Clericis, laicis, vel feminis excommunicatis observandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare minimè potuerit, Regis iudicio exilio damnetur.

Concil. Vern-
sub Pipp. c. 9.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 42.
Burchard. lib.
2. c. 179.

Ut nullus hospitium denegat iteranti. *Ex*
Concilio ad palatium Vernis.

CCCCXXI. Placuit nobis & nostris fidelibus ut Presbyteri suos parræchianos admoneant ut & ipsi hospitales, ut nulli iter facienti mansionem denegent, & ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil cariùs vendant transeuntibus nisi quanto in mercato vendere possunt. Quod si cariùs vendere voluerint, ad Presbyterum transeuntes hoc referant, & illius iussu cum humanitate eis vendant.

De eo qui Presbyterum inhonorat.
Vnde supra.

CCCCXXII. Si quis Presbyterum pro-

Burchard. lib.
2. c. 219.

A a